



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Livini Archiepiscopi & Martyris: Ex breuiario Gandensi, vbi sacrum eius corpus quiescit. Coronatus est anno Domini 633.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

verimus. Quare ad obitū illius veniamus, quē multo antē prophetiæ spiritu clar<sup>o</sup> cognovit. Interea causa extitit, qua Condatēsem Ecclesiā visitaret. Vbi cum aliquandiū vltimam virtutum suarum consummationem exerceret, corporis viribus repentē destitutus in lectum incidit. Cumque luctu & mœrore nimio excessum eius discipuli deplorarent, ille fletibus suorum motus: Domine, inquit, si adhuc populo tuo necessarius videor, nō recuso laborem: Fiat voluntas tua. Indē aliquot diebus vigiliis exercitatus in cinere cilicioque recubans, cum assiduo orationis studio exitum suū muniret, fortē adstantem propē vidit diabolum. Tum verō fiducia plenus: Quid hic, inquit, adstas, cruenta bestia? Nihil in me funeste reperies: Abrahæ me sinus recipiet. Cum his vocibus fatigatum diuinis operibus spiritum cælo reddidit. Quo tempore angelos diuinas laudes concinentes beatus Severinus Coloniensis episcopus cum Archidiacono suo Euerigiso audire meruit.

*Vidit demonem in agone.*

*Feliciter migrat. S. Severini vita habetur 23 Octob.*

VITA S. LIVINI ARCHIEPISCOPI & Martyris: Ex breuiario Gandensi, vbi sacrum eius corpus quiescit. Coronatus est anno Domini 633. *Vide Iohan. Molan. in Indic. SS. Belgij.*

LIVINVS in Scotia nobili genere natus, 12. Nouēb. admodum adhuc puer, non modò supra patriam eximiam pietate conspicuus, verū etiam miraculis clarus fuit. Adultæ autem etatis factus, præceptoribus vsus est, primum egregio Dei sacerdote Benigno: deindē

*Præceptores eum instruxerunt.*

Li 4 susce-

*Huius S.  
Augustini  
vita habetur  
26 Maij.  
Fit Archie-  
piscopus in  
Scotia.*

*Flagrat zelo  
animarum.*

*Ex Scotia  
venit in Flā-  
driam  
S. Amandi  
vita extat  
6. Februar.  
S. Bauonis  
vita extat  
1. Octob.*

*Multos con-  
uertit.*

susceptore suo è sacro fonte magno illo Augu-  
stino, Anglorum primo episcopo. A quo tan-  
dem etiam sacro sacerdotij ordine decoratus,  
tanta cum laude eo in statu versatus est, ut cum  
Scoti non multò post in Archiepiscopum suum  
eligere non dubitauerint. Quod munus ta-  
meti Rege populoque compellente suscepe-  
rit, & magno cum fructu annos aliquot admi-  
nistraverit, postea tamen maluit infidelibus  
ad Christum conuertendis operam dare (ad  
quam rem mira Spiritus sancti gratia præditus  
erat) quam in episcopatu suo vni tantum provin-  
ciae quietius & minori cum laude præesse.

Itaque relicto in Scotia loco suo magnæ san-  
ctitatis & virtutis Syluano Archidiacono, ipse  
Euāgelij plantandi causa trib. cum discipulis  
Foillano, Helia, & Kiliano, Oceano traiecto  
deuenit in Flandriam. Et ingressus cœnobium  
Gandense à B. Amando Episcopo tunc reces ex-  
structum, humaniter à Florberto Abbate fra-  
tribusque exceptus est, anno Salutis humanæ 633.  
17. Kalend. Augusti. Vbi cum beatum Bauonem  
triennio iam defunctum, magnis coruscantem  
miraculis inueniret, memoriam viri celebra-  
rimam & præsentia sanctitatis testimonia ad-  
miratus, triginta continuos dies super eius se-  
pulchrum Missarum solennia celebravit, sui  
illi multis precibus & monasterij Gandensis  
curam demandans. Postea autem indè prædi-  
cationis causa profectus, innumeros ad Christi  
fidem, verbo, exemplo, magnisque adiunctis  
miraculis conuertebat.

Sed virtutē umbra sua statim inuida sequi-  
tur. Homines enim impij, quibus Christus &  
pietas

pietas omnis erat exosa, animaduertentes sanctum episcopum tantam hominum multitudinem ad nouam religionem, erroribus pristinis, vitijsque spretis, adducere, atque ad eum sui ipsorum prauis cupiditatibus non parum obsistere, miris modis eum persequebantur. Nec omnino desistebant, donec linguam eius extractam canibus deuorandam proijcerent (quæ tamen illi mox fuit miraculo restituta) ac tandem apud Hescham Flandriæ vicum multis vulneribus faucium, etiam obtruncarent. Quo eodem loco nobilem quoque & religiosam matronam Craphahildem Liuii hospitam, vna cum filiolo eius Briccio, quæ Liuinus de sacro fonte susceperat, quum palam querebantur immerito interfectum esse sanctum episcopum, immaniter trucidarunt. Quo facto, discipuli beati collectum eius corpus, simul cum beati Briccij corpulculo, vno eodemque in loculo in Hautem vicino pago, ac iuxta eos seorsum sanctam martyrem Craphahildem, decenter sepeliêrunt. Porro anno 1007. Eremodus Abbas, ex memorato pago, sacra illa pignora Gaudauum ad suum monasterium trãtulit.

*Lingua canibus proiccta diuinitus ei restituitur. Crudele trucidatur, cum hospita, & eius filiolo.*

*Translatio reliquiarum eorum.*

VITA S. CUNIBERTI EPISCOPI *Vide Notat. Colonienfis & Confessoris: Ex ea qua extat apud R. P. Laur. Surium. Succesit in episcopatu S. Remedio anno Domini 653.* *C. Baron. ad Martyr. Rom.*

**S** Cunibertus in prouincia Mosellensi, *12. Nouẽ. Patria & paries eius.* patre Crallo, matre verò Regina nomine natus, ea adhuc puer virtute, & animi sagacitate præditus fuit, vt sinistrum

li 5 Pytha-